Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Beda Venerabilis presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

& nunc furtis fraudium dedito. nunc
parricidalibus commerciis occupato.
nihil umquam documentorum misericordię
saluatoris insederat. nec pius acceperat
auribus illius uerba dicentis. non ueni uoca
re iustos sed peccatores; & uenit filius ho
minis querere & saluare quod perierat;
nec intellexerat clementiam xpi qui non
solum corporeis infirmitatibus medeba
tur. sed etiam uulnera debilium curabat
animarum. dicens paralitico sanato. con
fidens esto fili. remissa sunt tibi peccata tua.
dicens & oblate sibi adulterę. nec ego te
damnabo. uade & amodo noli peccare.
ut per omnia opera sua ostenderet. in illo
aduentu suo. saluatorem se mundi uenis
se non iudicem; a quo intellectu alienatus
impius traditor. insurrexit in semetipsum.
non iudicio penitentię. sed furore perimitur.
ut qui uitę auctorem interfectoribus uendi
disset. in augmento damnationis suę
& iam moriendo peccaret; quod ergo
fecit iste. quod et cruenti principes.
quod impii sacerdotes in domini ihesu xpi
ministerio ignauia presidis & aemu
latu imperite cohortis egerunt. & deter
tendum uniuersis seculis. & amplecten
dum fuit; crux enim domini sicut in iudeorum
erat mente crudelis. ita est in crucifixi
uirtute mirabilis; fuit in unum
populus & miseretur omnium

xpi; quod saeuitia infertur. potestate
suscipitur. ut licentia facinoris aeterne
opus impleat uoluntatis; unde omnis
ordo rerum gestarum quę plenissime
narratio euangelica percurrit. ita fide
lium est accipiendus auditu. ut talia
fide actionum quę tempore dominicę
passionis impleta sunt intellegamus.
non solum remissionem peccatorum
in xpo completam. sed etiam formam
iustitię esse propositam; ITEM UNDE SUPRA

LEC SCI EUANG SECUNDUM IOHANNEM

In illo tempore: proximum erat pascha
iudeorum. & ascenderunt multi hieru
solimam de regione ante pascha ut sanctifica
rent seipsos. & reliqua

OMELIA LECTIONIS EIUSDEM
UENERABILIS BEDE PRESBITERI; xxv

Moris esse prudentium solet. non solum
exempla quę recte adprehenderint.
uerum etiam ex illis quę aliter gesta
seu dicta cognouerint. prudentię dis
cere uirtutem; hec nimirum ut imi
tentur sequendo. illa ne incurrant
deuitando. quod nos fratres dilectissimi.
in hodierna sancti euangelii lectione facere
ratio cogit. non tantum uidelicet de
uotionem amatorum xpi ad exemplum
discere uirtutis. sed perfidiam considera
re. & consideratam declinare persequen
tium; sequamur enim necesse est.

illarum prudentiam feminarum quae
tanta fide & dilectione domino adhesisse
cognouimus; fugiamus insipientiam
pontificum & phariseorum qui sapientiam
dei circumuenire insidiis & interficere
querebant; caueamus dementiam eorum.
qui sanctificandi propter pascha hierusolima
ascenderant. sed obliti sanctificationis in
ipsa domo orationis. saluatoris necem
tractabant; imminebat pascha quo
sanctificatum quemque ac mundum ad esum
agni uenisse oportet. & ipsi qui sanctifican
di ad templum ascenderant. sordidiores
iam de conspiratione effundendi san
guinis descendebant; curemus soller
ter. quia paschae nostri tempus adpro
piat. ut illo iam ueniente. sanctificati
ad altare domini cum accedamus. non
agni carnes comesuri. sed nostri redemp
toris misteria sancta sumpturi;
mundemus nos ab omni inquinamento
carnis & spiritus. perficientes sanctificationem
in timore dei; Nemo domum orationis.
conuertat in speluncam latronum; nemo
membris christi mortis laqueos parans.
nemo manens adhuc in morte ad acci
pienda uitae misteria presumat acce
dere; qui enim non diligit. manet in mor
te; diligamus christum in se ipso. diligamus
in membris eius; queramus dominum & uiuet
anima uestra. queramus autem eum.

non sicut impii ad occidendum. sed
ut fideles pro perpetuo fruendum; querebant
inquit euangelista ihesum. & conloque
bantur ad inuicem in templo stantes;
quid putatis. quia non uenit ad diem
festum. querebant enim iudaei ihesum.
sed male querebant eum. ut uenientem
ad diem festum interficerent; queramus
autem nos illum stantes in templo dei. & perseue
rantes unanimiter in oratione. & con
loquamur ad inuicem psalmis. hym
nis canticis spiritalibus; in gratia postu
lantes ipsum. ut uenire ad diem fes
tum nostrum. & sua nos presentia inlustrare.
sua ipse nobis dona sanctificare dignetur;
dederant autem pontifices & pharisei
mandatum. ut si quis cognouerit ubi sit
indicet. ut adprehendant eum; de
mus & nos inuicem mandatum fratribus meis.
ut si quis cognouerit in cuius corde fratris
uberiora sint uiscera misericordiae.
maior humilitas. benignitas. modestia.
patientia. ceterarumque abundantior
copia uirtutum. presentis uidelicet indi
cia christi indicet confestim ubi sit talis.
ut uestigia christi quae apud eum sunt
inuenta fideliter imitando teneamus;
sciens autem dominus conspirasse de se occiden
do iudeos. non fuga insidiantium decli
nauit manus. sed certus de gloria
resurrectionis. prius uenit bethaniam.

proximam hierusolimis ciuitatem. ubi
lazarum suscitauerat a mortuis. dein
de etiam hierusalimam. ubi ipse pate
retur et resurgeret a mortuis. hieroso
limam quidem. ut ipse ibi moreretur. betha
niam uero. ut resuscitatio lazari
cunctorum memoriae artius imprime
retur. et inimici magisque confunderentur atque
inexcusabiles conuincerentur impii
principes. quod occidere non timerent eum
qui suscitare posset a mortuis. et nec
beneficiis suscitationis prouocati. nec
diuinae suscitantis uirtute perterriti.
animos ab iniustae caedis traherent.
et ne dicerent machinatores calum
niarum. fantastice suscitatum fuisse
lazarum. Facta est ibi domino caena. et ipse
unus erat ex discumbentibus cum eo. ut eum
uiuentem. loquentem. epulantem. cum
suis familiariter conuersantem uiderent.
siue audirent. uel suscitantis poten
tiam agnoscerent. et acciperent gra
tiam. uel obdurato corde nolentes
ueritati adquiescere incurrerent
poenam. mystice autem caena haec dominica.
ubi martha ministrabat. et lazarus in talibus
discumbebat. fides est ecclesiae quae per dilectionem
operatur. unde alibi dominus de credituris in se po
pulis dicit ad discipulos. ego cibum habeo
manducare. quem uos nescitis. et hoc expo
nens adiunxit. meus cibus est ut faciam

uoluntatem eius qui misit me. ut perficiam
opus eius. In qua caena martha ministrabat
cum anima quaecumque fidelis. operam
domino suae deuotionis impendit. Lazarus
uero unus fit ex discumbentibus cum domino.
cum etiam illi qui post peccatorum mortem
resuscitati ad iustitiam sunt. una cum eis
qui in sua permansere iustitia. de praesentia
ueritatis exultant. paenitentes simul cum
innocentibus. caelestis gratiae muneribus
aluntur. et bene eadem caena in bethania
celebratur. quae est ciuitas in latere montis
oliueti. et interpretatur domus oboedientiae.
domus namque oboedientiae ecclesia est. quae
fideliter domini iussis obtemperat. et ipsa
ciuitas quae supra montem misericordiae
constituta. numquam potest abscondi.
ipsaque de suo latere constructa redemp
toris. id est aquae ablutionis et sangui
ne sanctificationis. quae de ipso prius latere
pro se morientis exiere. imbuta est. ubi
etiam altera soror lazari maria. in mag
ne indicium dilectionis accepit libram
unguenti nardi pistici pretiosi. et unxit
pedes ihesu. et extersit capillis suis pedes
eius. quo facto non solum succedit indi
cium deuotionis. sed et aliarum fide
lium domino animarum signat pietatis ob
sequium. sed prius notandum. quod
sicut narrantibus matheo et marcho didi
cimus. non solum pedes domini maria sed et caput

nardo perfudit; Nec dubitandum est quin
et ipsa sit mulier. quae sicut evangelista
lucas refert. quondam peccatrix ad dominum
cum alabastro venit unguenti. et stans
retro secus pedes eius. eis lacrimis coepit ri
gare pedes eius. et capillis capitis sui terge
bat. et osculabatur pedes eius. et unguen
to unguebat; eadem ergo est mulier.
sed ibi pedes solum domini pnc unguebat.
et hoc inter paenitentiae lacrymas; hic autem
gaudia iustae operationis. et pedes ungue
re. et caput quoque unguendum non du
bitavit erigi; Ibi quippe rudimenta
paenitentium. hic iustitiam perfectarum
designat animarum; unde recte tunc
mensura unguenti non dicitur. nunc autem
libra fuisse perhibetur; quid namque per li
bram unguenti. nisi perfectio iustitiae
exprimitur; tunc quale fuerit unguen
tum. tacetur. nunc quia nardi pistici id
est fidelis. neque extraneis speciebus
adulterati. sed pretiosi fuerit indicatur.
ut perfectae fidei et actionis quae sit casti
tas intimetur; per caput autem domini quod vir
maiestas. sublimitas divinitatis; per pedes.
humilitas incarnationis eius exprimitur.
et pedes ungimus eius. cum mysterium
susceptae incarnationis. debita laude
praedicamus; caput ungimus. cum ex
cellentiam divinitatis digna verbi opinio
ne veneramur; quid enim per unguentum. nisi bonus

: uni de his fratribus meis minimis. mihi fecistis;

odor opinionis insinuatur; paulo attes
tante qui ait. deo autem gratias qui semper trium
phat nos in christo iesu. et odorem notitiae
suae manifestat per nos in omni loco. po
test quoque per caput domini. ipse mediator dei
et hominum. qui est caput ecclesiae. recte
significari. per pedes autem. ultima quaelibet
membra eius. non inconvenienter intel
legi. de quibus in fine dicturus est; quam
diu fecistis. et caput ungimus domini.
cum divinitatis eius gloriam digna fidei
sperantes que dulcedine complecti
mur. cum laudem nominis eius bene
vivendo dilatamus. pedes ungimus
domini. cum pauperes eius verbo consola
tionis ne desperare in pressuris debeant
refovemus. et eisdem capillis nostris ter
gimus. cum de rebus quae nobis superfluunt.
egentium necessitati communicamus.
fitque et de nobis quod sequitur; et do
mus impleta est ex odore unguenti.
quia pro modulo nostro mundus impletur
ex opinione devotionis. qua deum et proxi
mum simplici puroque corde veneramur ac di
ligere probamur; fitque quod in amoris
cantico sponsa gloriatur; dum esset rex in accu
bitu suo. nardus mea dedit odorem suum. ubi
apte quod maria semel fecerat. typice autem
quod omnis ecclesia. quod anima quaeque per
fecta semper faciat ostendit; dicit ergo unus
ex discipulis eius. iudas scarioth. qui erat

eum traditurus. quare hoc unguentum
non uenit .ccc. trecentis denariis & datum
est egenis. Uae impio traditori. uae com
plicibus nequitię eius. & etiam nunc mem
bra xpi persequentibus. qui se eam uirtu
tis quam ipsi habere non merentur. propinquis
qui hanc habent inuidere non cessant.
& quidem putare possimus iudam cura
pauperum hęc fuisse locutum. sed pellit
mente illius testis uerax qui ait; Dixit
autem hoc non quia de egenis pertinebat ad
eum. sed quia fur erat & loculos habens.
ea quę mittebantur exportabat. non
ergo tunc iudas perit. quando pecunia
corruptus dnm prodidit. sed iam per
ditus dnm sequebatur qui loculos ha
bens dominicos. & ea quę mittebantur
in eis ministerio portare. sed furto expor
tare solebat; uidens enim dns cor
iudę cupiditatis uitio sorde pollutum. per
uidens peioris perditionis sorde polluen
dum. commisit eius fidei. quicquid
habebant in saeculis. eumque delinque
uel & facere permisit. ut uel collati
honoris. uel habitę memorię pecunię.
mentem ab ipsius uenditione reuoca
ret; Uerum quia semper auarus eget.
neque umquam beneficiorum perfidus
meminit. impius a furto pecunię quam
portabat. peruenit ad traditionem dni
quam destinabat. Dixit ergo ihs dns.

Sine illam ut in diem sepulturę meę
seruet illud; quasi innocenter interro
ganti iudę dns simpliciter & mansuete.
quo ministerium marię pertineret exposuit.
quia ipse uidelicet moriturus. & esset sepe
liendum aromatibus esset unguendus;
Ideoque marię cui ad unctionem extincti
corporis eius. quamuis multum desideran
ti peruenire non liceret. donatum sit uiuenti
adhuc. impendere obsequium. quod post
mortem celeri resurrectione preuenta
nequiret; unde bene marcus dnm de illa
dixisse testatur; quod habuit hęc fecit. pre
uenit unguere corpus meum in sepulturam.
quod est aperte dicere. quia corpus meum iam de
functi tangere non poterit. solum quod
nunc potuit fecit. preuenit uiuum ad
huc funerandi officio donare; pauperes
enim semper habebitis uobiscum. me autem semper
non habebitis; & hic magnę moderamine
patientię dns non iudę arguit auaritię.
& non pauperum gratia de pecunia
loqui. sed ex ratione demonstrat non esse
culpandos eos. qui ei inter homines
conuersanti. de facultatibus suis
ministrarent. cum tam paruo tempore
ipse apud ecclesiam corporaliter
mansurus. pauperes autem quibus
elemosinę fieri possit. in ecclesia semper
essent habendi. Cognouit ergo
turba multa ex iudęis quia illic esset.

& uenerū non propter ihm̄ tantū· sed ut
lazarum uiderent quem suscitauit amor
tuis; curiosi tę nos hos non caritas adduxit
ad ihm̄; sed nos uersę uice fr̄s kmi. si cog
noscimus ubi ihs est· ubi mansionem
facit· ubi bethaniam id est domum animę
oboedientis in qua hab& inuenit; uenia
mus illuc contemplatione non propt̄
hominem tantum· quem a morte animę
suscitatum· spiritaliter uiuere donauit·
sed ut bonę hominis uitam imitando.
p hoc ad uisionem ihū ptingere merea
mur; quia pro certo cognouimus
ubi ihs est· resurrexit enim post mortē
& ascendit in celum· ibi hab& mansio
nem perp&uę; ipsa est uera bethania.
ciuitas scilic& celestis· quam nullus ua
l& nisi oboediens intrare; Studeamus
uenire illuc totis animi uiribus· tenda
mus illuc internis cordis affectibus.
sus pitemur illuc ipsum domus illi
us conditorem· p&amus omnes.
p&amus singuli· ut inhabitemus
in domo eius omnibus diebus
uitę nostrae· Non ut lazarum ibi
uideamus quem suscitauit
a mortuis· sed ut ipsi cum lazaro
& c&eris sciis resuscitati a mortuis·
uideamus uoluntatem dn̄i· & pro
tegamur a templo sc̄o eius; Cogita
uerunt autē principes sacerdotum
ut lazarum interficerent. quia mul
ti propter illum abibant & iudeis.
& credebant in ihm̄; O caeca cecorū
uersutia occidere uelle suscitatum.
quasi non possit suscitare occisum· qui
poterat defunctum· & quidem s̄cutrū
q; posse docuit· qui & lazarum defunc
tum & se ipsum suscitauit occisum;
sed nos fr̄s relicta malitia pfido
rum· sequamur deuotionem fideliū;
abscedamus ab impiorum contuber
nio· non sedeamus in concilio uani
tatis· & cum iniqua gerentibus non
introeamus; credamus in eum qui non
tantum corpus sed & animā saluat
a morte; Seruemus que operando quod
credimus· ut credentes uitā ęternā
habeamus· In nomine eius qui cum pa
tre & spū sc̄o uiuit & regnat d̄s p omnia
secula seculorum amen; FERIA III.

SERMO B̄ LEONIS PAPE DE PASSIONE DN̄I.

Gloria dilectissimi dominicę passio
nis de qua nos &iam hodie locu
turos esse pmi simus· humilitatis max
me est mirando mysterio· que omnes
nos & redemit & docuit· ut unde da
tum est precium· inde & iustitia su
meretur; omni potentia enim filii dī·
que per eandem essentiam
ęqualis est patri· potuiss& humanū
genus a dominatu diaboli· solo imperio

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg